Citationis communis forma ad instantiam supra scripti Acto-
ris vocatus et non comparentis, in termino primo in poena con-
tumaciae, admittens Judicium praesens [?] condemnavit

Galezowski bannitus et publicatus.

Proposuerunt Judicialiter coram praesenti Capitaneali Castrensi Lu-
blinensi Judicio Instigator Judicij praesentis et laboriosus
Andreas Baran, subditus generosi Georgij Galezowski, Ipse
cum assistentia eiusdem domini sui circa se in poena quatuor
marcarum Polonicalium, iuxta statuti dispositionem [?] Acto-
res parte: contra nobilem Nicolaum Galezowski, Citatum
impossessionatum, citatione libri Capitanealis Castrensis Lublinensis
ad banniendum et de regno Poloniae omnique eius subiectione
proscribendum citatum. Quia in contrarium decreti Ju-
dicij eiusdem Capitanealis Castrensis Lublinensis pro vulnere
in facie parte sinistra, cruento, secto, Actori Andreae
Baran inflicto, duas marcas pecuniae in instanti
luitionis poena trium marcarum parti et Judicio totidem sub
poena [?] quatuordecim marcarum, atque sub taxa in
citatione Actoris expressa, vel triginta marcarum Polo-
nicalium non soluit. Citatione ipsa de praemissis latiore.

Et Actor proponens suam modo praemisso factam deductam par-
te citata legitime de termino, contestationibusque citationis suae de-
bite ventilatis [?], petijt partem citatam ad respondendum compelli.

Citatus autem dixit et allegavit se ad praesentem respondendum
teneri debere in termino praesenti bannitionis, dominus memo-
rati Actoris, qui in citatione est positus non comparet
reservatis reservandis.

Actor vero addixit Judicio praesenti dominum suum in
terris praesenti terminationi non esse necessarium, et quod idem
praesens eius causa praesens commoveri potest.

Et Judicium praesens Capitaneale Castrense Lublinense, controver-
sys partium Actoreae consequenter: citati vero nobilis Sta-
nislai Rzyszowski plenipotentis sui coram se factis
bene diligenterque exauditis et intellectis decrevit
ulterius procedere.

A quo decreto pars citata motionem ad Judicys ordina-
rys generale Tribunalis Regni Lublinensis proxime cele-
brandis [illegible] Regni generalem nobilem Joannem Zalesk[illegible]
interponebat.

Quam motionem Judicium praesens non admisit parti
citatae.

De qua non admissa ac consequenter eadem motione prae-
fata pars citata multi [illegible] supra [illegible] est protestata
Judicium quoque eadem multi reprotestatum est, se non teme-
re, verum iure mediante egisse, motionem praefatam par-
ti citatae non admisisse.

Verum citatus Actorem incompetenter esse decla-
ravit, eo quod cum assistentia domini, quem in Mosco-
via e vivis decessisse constat, agit: cum novo autem
sui possessore, fratre germano domini sui, citatum ad
causam praesentem non adcitavit, reservatis reservan-
dis.

Tandem Actor se competenter agere declaravit, eo
quod cum assistentia domini sui agit, quem in citatione
posuit. Quoniam vero citatus allegat quia dominus
Actoris in Moscovia e vivis decessit, id eum
minime iuvare potest, quoniam allegationem suam nullis
documentis probat, sed tantum nudis verbis al-
legat, nuda vero verba in Judicio praesenti non faciunt
fidem, reservatis reservandis.

Tandem Judicium praesens Capitale Castrense Lublinense contro-
versijs supranarratarum partium denuo coram se factis
bene diligenterque exauditis et intellectis decrevit
attermin(a)re.

A quo decreto pars citata iterum motionem pro iudicijs or-
dinarijs generalibus Tribunalis Regni Lublinensis prime
celebrandis per dilationem supraferendam interponebat.

Quam motionem Judicium praesens parti citatae non admi-
sit.

De qua non admissa, ac proinde eadem motione praefata
pars citata iudicij supra foro protestata est.

Judicium autem contra eandem reprotestatum est, se non tene-
re, verum iure mediante legitime motionem praefatam par-
ti citatae non admisisse.

Demum citatus processum bene male super se ob-
tentum esse deducebat: siquidem Actorem sine assistentia
et additione nominis possessoris est obtentus: tum quia
per decretum quo ipsi Actori solutio vulnerum sub
taxa decreta est statim ad bannitionem citatum at-
traxit, reservatis reservandis.

Actor vero deduxit iudicio praesenti processum bene
bene obtentum esse, siquidem citatus est in possessionalibus:
ideo ipsum per decretum asserendum statim ad ban-
nitionem citavit. Quod vero citatus allegat quia
nominis possessorem non additavit, id admittere in-
iquum, quoniam nullis documentis probat. Et dominus
Actoris in Moscovia e vivis decessit, petens
ut Judicium praesens bene obtento processu adinvento
decernat eius ulterius procedere.

Tandem Judicium praesens Capitale Castrense Lublinense
controversijs partium supranarratarum denuo co-
ram se factis bene diligenterque exauditis et in

intellectis, eo attento quia nullus processus in contumatiam in-
tercessit, ad abiudicata quoque non datur recursus, ideo citto
directe respondere decrevit.

A quo decreto pars citta motionem ad judicia ordinaria gra-
tia Tribunalis Regni Lublinensis procedendam suprascriptam inter-
ponebat, deducendo esse decreta male obtento iuxta constitu-
tionem Anni millesimi quingentesimi octuagesimi octavi et consue-
tudinem in decretis praesentis observatam admissibile, reservando reser-
vandis.

Actor autem motionem eandem deducebat esse inconsistibilem, si-
quidem nullus processus in contumatiam intercessit petendo eandem
non admitti.

Quam motionem Judicium praesens parti cittae non admisit.

De qua non admissa ac consequenter eadem motione praefata pars ci-
tata nulli suprascriptam protestata est.

Judicium autem eodem modo reprotestatum est, se non temere de-
nique iure mediante egisse, motionem praefatam parti cittae non ad-
misisse.

Ad extremum citatus circa motiones et protestationes suas stando
easdemque prosequendo volens processum praedictum ex rationibus supra
citatis, erronee et non observatis gradibus iuris esse ob-
tentum declarabat, petendo se ab eo liberum pronunciari re-
servatis reservandis.

Tandem Actor ex rationibus suprascriptis deducebat processum du-
bene obtentum esse: dicendo quod in prima instantia processus citebatur et
ipsi abiudicatum est, ad abiudicata vero non datur
regressus. reservando reservandis.

Tandem Judicium praesens Capitaneale Castrense Lublinense de mutuis con-
troversiis suprascriptarum partium coram se factis bene di-
ligenterque examinatis et intellectis quia cittatus directe respon-
dere, neque pluris Actori satisfacere vult. Ideo super
ipsum ut rebelli et temerario poenam banitionis decrevit
praesentibusque decrevit, iuxta Acta et attentionem suam in-
frascriptam tenoris talis.

Joannes Firlej a Dąmbrowica Lublinen[sis] etc. Capitaneus. Tibi
nobili Nicolao Gałęzowski filio Stanislai, tanquam impos-
sessionato, quoniam possessio tua nullibi constat, manda-
mus vigore regio et nostro capitaneali ex officio, ut coram nobis seu judicio
nostro capitaneali castrensi Lublinensi, in terminis judicialibus, feria
secunda post dominicam cantate proxime ventura in Castro
Lublinensi celebrandis, vel ipsis existentibus tamen in proxime venturis
ad instantiam instigatoris officii nostri, tum et laboriosi Andreae
Baran subditi generosi Georgii Gałęzowski in Gałęzow certa
sortis haereditarii [illegible] peremptorieque compareas, una cum assistentiis po-
dicti domini sui citata se pro poena sua trium marcarum Poloni-
calium juxta statutum stantis, vigore constitutionis regni, de im-
possessionatis sancitae et laudatae, quoniam bona tua haereditaria
nulla existunt in quibus intromissio peteretur, citant ad banni-
endum et de Regno Poloniae dominiisque eius annexis proscribendum, Ideo
quia tu in contrarium decreti judicii nostri quo tibi injunctum erat
ut persolveres infrascripto duas marcas pecuniae Polonicae ad con-
stetit in instanti lucta poena trium marcarum parti citato-
rii judicio, sub poena vero quatuordecim marcarum pecuniae
in instanti persolvendi solvas, et reali parata pecunia coram
judicio praesenti reponas et numeres, idque sub taxa in citatione
exposita videlicet triginta marcarum pecuniae cum quibus
tu contrarius extitisti. Et hoc in causa occasione praetempo-
re certo non ita pridem praeteritis, sive villa causa in villa Ga-
łęzow, in curia generosi Sigismundi Gałęzowski cum Actori manu
nervis in facie in parte sinistra, cruenti, feri, violenter illa-
tionis taxa triginta marcarum pecuniae communis in se contine-
nte [illegible] causa istius latius canente, ad judicium [illegible] in-
stituta. Citaris igitur ad videndum et audiendum te in poena
banitionis condemnari, eandemque banitionis poenam ob con-
traventionem promissorum per vetera gratum regni, a judicio no-
stro additum publicari, et banniri, de Regno Poloniae, ac do-
minijs eius annexis proscribi et promulgari. Ad promissa sub
contra attentandum. Datum in Castro Lublinensi feria se-
xta ante dominicam Misericordiae proxima Anno Domini millesi-
mo sexcentesimo duodecimo.

Et Judicium praesens Capitaneale Castrense Lublinense per huiusmodi
condemnationem praefati Nicolai Gałęzowski eundem indi-
nictum, rebellem et iuri communi contravenientem, de Regno Po-
loniae dominiisque eius subiectis bannitum et proscriptum esse ri-
gore statuti de hoc sanciti decrevit, ministerialemque
generalem nobilem Joannem Załęski ad publicandum huiusmo-
di bannitionem praefati invicti addidit.

Qui quidem Ministerialis coram eodem Judicio praesens constans publicè re-
cognovit, quia decretum bannitionis suprascriptum, con-
tra praedictum Nicolaum Gałęzowski interveniente die hodier-
na prolatum sit in Castro Lublinensi in praesentia Judicii
et multorum hominum ad Judicium congregatorum, alta et in-
telligibili voce proclamavit, eundemque Gałęzowski tam-
quam iuri communi rebellem de regno Poloniae, et domi-
niis eius subiectis bannitum esse ad notitiam omnium deduxit.

A quo decreto publicatae bannitionis pars citta motionem
ad Judicia ordinaria generalia Tribunalis regni Lublinensis praefatum
nobilem suprascriptum interponebat.

Quam motionem Judicium praesens parti cittae non ad-
misit.

De qua non admissa ac prosequenda eadem motione praefa-
ta pars citta nobili suprascripto protestata est.

Judicium etiam eodem nobili se protestatum est, se non temere
verum iure mediante egisse, motionem praefatam parti
cittae non admisisse.

Wodniak Lucrum

Honestus Jacobus Wodniak Actor, nobilem Stanislaum Ju-
ßonski Mathiae filium, cittorem Castrensem Lubli-
nensem citorem, per nobilem generalem regni nobilem Joannem
Załęski, nihilominus ad Judicium praesens Capitaneale Castrense
Lublinense, quatuor diebus ultra iuris communis formam, ad
instantiam suprascripti Actoris vocatum et non comparentem